

2661

HOMILETICI

2662

toris adscriptum non habeat, neutri inde Parti quidquam opis adcrefcit. Vide et *Cod. DLXXXIV.*

XVII. fol. 313. *Traſtatus de arte moriendi.* Initium: *Cum de presentis exilii miseria mortis tranſtus &c.* Deficit in fine, ſed integrum habes *Codd. variis*, quorum Index monet.

Codici praetexta eſt membrana, qua *Johannes Prior Domus Carbuſiae* cum Capitulo Generali *Leonbardum Inſtitorem de Medico Civem Viennensem* et uxo-

rem ejus *Margaretham* in communionem meritorum Ordinis recipit, inſinuante domino *Johanne Priore Domus Porte B. Marie Virginis*, quod nomen fuit *Carthufiae Axbacensis* in *Austria inf.* Datum ſub ſigillo domus *Carthu.* Anno domini *Milleſimo CCC. LXXX. IIII.* ſedente capitulo generali. Subtextae vero ſunt laciniae quaedam itidem membranearum continentes, ut videtur, metricum *J. Can. compendium.* Inter alia de *Matrimonio:*

*Si ſponſum thalamo ſuſceptum deſerit uxor,
Et fugit ad clauſtrum. fugitiua redibit ad ipſum,
Ni certo poterit examine virgo probari.
Sexus iuratus examinet hoc mulierum
Per digiti tactum uel intuitus oculorum &c.*

DCXCVIII.

495 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 292. 4. caractere luculento ſcriptus, et olim τὸ βιβλίον *Wenceslai Roſſii* Sacerdotis ſaepe memorati, qui fol. 87. ſe illum in *Prachaticz* emiſſe et habere ab anno 1517. teſtatur, continet *Sermones* ſacros ab *Adventu dom.* uſque ad *Quinquageſimam*, valde populares et multis phraſibus *Bobemicis* intertextos. Sermo I. *Dominica prima in aduentu domini* ſic incipit: *Tempus iſtud quod ex gratia dei expeſtauimus eſt deuotum eſt tempus ſacrum et aliud non obtinuit quam alia tempora quia dicitur przigitie (Aduentus) domini noſtri iheſu cbristi in hunc mundum &c.* Quorum partium fuerit Autor, ex hoc

fol. 26. p. 2. loco intelliges: *Sed iam heu ſol obſcuratus eſt. non lu- cet multis cbristianis ſanctum ewan- gelium. Quanti ſunt tales ſacerdotes, qui ewangelium ſacrum tburificanti, oſculantur, et poſtea hereticant. Iam pro nunc lex cbristi hereticatur, blaſfematur. Cbristus dixit, niſi manducaueritis carnem. Anticbristus tunc dicit, quod peccat mortaliter qui ſanguinem dei bibit de calice ſine licencia pape. Cbristus dixit, hoc eſt corpus meum. Anticbristus tunc, quod non eſt, ſed aliquid aliud, nolo nominare propter corda munda. Hanebnie (impudenter) locuntur pikbarte de corpore cbristi fugite eos. Quin e ſequente loco fol. 27. ipſum Scriptionis tempus innotefcit: *Item Luna eſt eccleſia. Iam heu ad conſummacionem ſeculi Luna conuerſa eſt**

2663

I C O D I C E S H

2664

est in sanguinem. Ista ecclesia iam *skrwawila sie* (inquinavit se sanguine) *istis annis. Pape dant excommunicationes mordy posobili*, (caedes patrarunt) *cruces sanctificabant super fideles*, dicentes, quod qui se in sanguine eorum lauabit erit purus a peccato et a pena. Haba *skrwawila sie* iam ecclesia moderna. Quo manifeste petitur *Cruciata Martini V.* a 1420. in *Silesia* et *Bohemia* promulgata.

DCXCIX.

501 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 184. 4. currente calamo scriptus, rubricisque enotatus et quondam *Wenceslai Rossii*

*Rosso wyday pocziet z wladarstwi swebo
Yaks v zival Aurzadu kniezstwi tvebo. 1516.*

Quasi diceret: *Rossi!* redde rationem villicationis tuae; Quomodo usus es officio Sacerdotii tui? Sed ad Codicem. Continet ille: I. ut in Calce adpellatur, *Summam super Epistolas et Euangelia tocius anni per distinciones dominicis diebus*, sive Materias, quas vocant, praedicabiles initio ducto a prima Dominica *Adventus*, hoc tenore: *Abiciamus opera tenebrarum &c. Hodie tempus quoddam inchoamus. quod adventum domini appellamus &c.* Atque deinceps Oratori facro multiplex pro quovis Sermone subpeditatur Partitio dicendorum. Meminerit Lector supra adfirmatum a *Rossio*: eundem *Boemum* et *Commentarii in Apocalypsin* et horum, ut vocat, *Sermo-*

Sacerdotis hanc ejus notam praefert: *Quis fecit in Appokalipsim Opus Arduum, ille fecit Sermones istos Boemus: et sunt Rossionis De Crudim Ad cuius manus venerunt Anno 1533. in Opidulo Czernnowit Trans montes Swim.* Confirmat istud altera ad Codicis finem nota: *Ad manus wenceslai peruenit libellus Anno 1533. Sacerdotij sui 16. fed addit: In Voticz scripsit sabbato ante Viti. Cum hic anni 16. Sacerdotii sui meminerit, non possum omittere Rhythmum, quem sibi Vir pius, dum Sacerdotium susciperet, occinuit et postea huic ipsi Codici ad fol. 90. adscripsit:*

num Autorem esse. *Commentarium illum dedimus Cod. CXXIV. vidimusque finitum prage anno domini 1411. per manus Andree.* Iam vero ad calcem praesentis *Summae* habetur *eerdnA*, quod *ἀναπόδιζορρι* legendum *Andree.* Quamvis itaque ibi *το* per manus ad Librarium potius ducat quam ad Autorem, cum tamen hic *Andree* absolute ponatur et accedat *Rossii* testimonium, jam non invitus utrumque Opus *Andree de Broda* celebri Theologo dederim, dum Codices alii certiora docuerint.

II. fol. 118. *Carmina* memorialia de variis Fidei Morumque capitibus, puta: *De Decem Plagis Aegypti, de Circumstantiis*

Pec-